№ 23. Hell 4/23 76

†

Leo Notata ex Simeone Logotheta.

Anno 17mo (Imperij) duxit Imperator (Leo) Aliam quartam uxorem Pag. 461

Zoëm quam vocant Carbonopsinam.

Anno 19 Pag. (ubb.) tunc vero Alam Cometa apparuit projiciens versus orientem radios, lucensque per dies 40 ac totidem noctes

Anno 20. Imperij Leonis in gratiam receptus est Sammonas inque Aulam admissus in natali Constantini filij ex Zoë illius quarta uxore, qui et Baptizatus à Nicolao Patriarcha Theophaniorum Die

Imperij Leonis Anno 21 Benedictionem nuptialem ritu consecuti sunt Leo et Zoë post festa lucis peracta solemnia etc.

Imperij Leonis anno 25. die Sancto Pentecostes coronat Leo Imperator Constantinum filium suum in Porphyra natum per Euthymium Patriarcham

Alexander Frater Leonis
cum Constantino filio Leonis

Pag. 471 Mundi anno 6407.x divinae incarnationis 907.x Imperator Alexander cum Constantino Porphyrogeneta Leonis filio annum unum dies 29. (intellige rexit)

Pag. 471 f. ejus tempore (nempe Alexandri) apparuit Cometes ab occidente per dies 40, Xiphiam vocari dicebant

Constantinus Porphyr.
Annos octo supra xl.

Pag. 472. Mundi annus 6408 Divinae incarnationis 908. Romanorum Imperator Constantinus in purpura natus annos* octo supra quadraginta (rexit). Mortuo enim Leone Patre annum septimum natus ab Alexandro Patruo sub tutoribus relinquitur, imperavit ergo illis tutoribus cum Matre annos septem et cum Romano socero, illi subjectus annos 26, solus denique rerum potitur annos 15. adeoque ejus Imperij tempus omne, annorum octo supra quadraginta est.

x 55. Georg. et alij, qui annos ejus cum Patre annumerant —

Pag. 489. Mense Aprili indictione 7 prima Turcarum (Ungarorum) adversus Romanam ditionem extitit irruptio, grassatique ad ipsam usque ~~[illegible]~~ Urbem Thraciam omnem populati sunt, ac captivos duxerunt.) Prima Turcorum irruptio

Pag. 491. Mense Aprili indictione j. rursus Turci ingentibus copijs irruptionem fecere.) 2da

Pag. 491. Altera statim Indictione Paschalis Protospatharius ac Longobardiae Praetor à Romano ad Francos Regem, qui ejus filiam adducat Romam, Constantini ejus generi filio copulandam mittitur, quam et multis donatam opibus adduxit, celebratae nuptiae Mense Septembri Indictione 3. vixitque cum Viro suo annos quinque et mortua est ejus socero Constantino iterum jam rerum summam adepto.

Pagina eadem: Mense Decembri Indictione 4. validissimo, ac vehementi perflante vento — —

Constantinus Solus.

Pag. 494. Imperator igitur ejus gener Constantinus relictus est Mensis decembris 20 Indictione 3. 6454. anno

Quadraginta vero dierum exacto spatio —— Constantinus Porphyrogenetus suspectos habens Stephanum et Constantinum fratres — — — abreptos et clericali militiae adscriptos in Insulas haud longe positas deportavit.

Pag. 495 Quinto decimo Julij Mensis Indictione Sexta Romanus Imperator in Insula moritur

Pag. 496. observandum vero anno quartodecimo Imperij Constantini Porphyrogeneti (quindecim enim annis rerum potitus est) natum esse ejus Nepotem Basilium Imperatorem, Romani ejus filij filium.

ibidem: Ajunt quo tempore natus est Porphyrogenetus splendido jubare stellam conspectam esse, ac rursus quo obdormivit, ac vivis excessit stellam apparuisse obscuris radijs, tristique micatu. ——

vixit annos quinque supra quinquaginta, mortuus est Mensis Novembris quinta decima Indictione 6. anni 6456. relicto Imperatore Romano filio suo cum Helena ejus Matre.

Romanus.

Annos III Menses III dies V.

Mundi annus 6456, divinae Incarnationis Anno 956. Romanorum Imperator Romanus annos tres, Menses tres, dies quinque (rexit, —.. Relictus à Patre Constantino Porphyra Imperator annum agens 21mum cum Basilio filio, ejusque Matre Helena, et uxore Theophanone —

Notata ex Continuatore Theophanis. Romanus Lacapenus

Pag. 215

Mensis Septembris die 24 Romanus Caesaris auctus est dignitate
Mensis verò Decembris die 17 - - - Imperiali stemmate à Constantino
Imperatore, et Nicolao Patriarcha donatur.

Pag. 216.

Anno sexies millesimo quadringentesimo vigesimo octavo (6428) — annus Xti 920
Indictione octava (8) ac Januarij sexta sanctorum Luminum die festo
Romanus uxorem suam Theodoram Augustali corona donat, maijque
Maij 17 filium suum Christophorum coronat

Maij Mensis die 15. Indictione 13 moritur Nicolaus Patriarcha
cum à secunda provectione annos 13 throno positus esset - - -
Mense Augusto Patriarcha sufficitur Stephanus

Mensis Julij 15. Indictione 6 moritur Stephanus Patriarcha cum
ei muneri praefuisset annos duos menses 11. Mensis autem Decembris
14 Tryphonem adducunt in officio psallentem Monachum virum
Religiosis moribus, ac sanctitate probatum, ordinantque Patriarcham
ad tempus donec scilicet Theophilactus Romani filius maturae
aetatis annos attingeret, quem Patriarcham Constpolitanum ordinaturi erant
Quem verò dicebam Imperatoris filius Theophylactus Patriarcha ordinatur
Februarij Mensis die 2. Indictione 6.

Turcarum (Ungarorum) prima expeditio adversus Romanos contigit. — Turcarum 1a invasio
Mense Aprili Indictione 7. Hi ad urbem usque excurrentes
cunctos per Thraciam obvios praeda abegerunt.

Indictione 1 mense Aprili rursus Turci (Ungari) cum ingentibus copijs — Turcar. 2da invasio.
Romanae ditionis fines invaserunt.

Secunda Indictione Romanus Imperator Paschalium Protospatharium — nuptiae annus Xti 944. mortuus ang. [illegible]
ac Longobardiae ducem ad Hugonem Regem Franciae misit, ejus
filiam Romano Constantini generi sui filio sponsam exquirens
quam et assumens, quem dixi Paschalius cum multa suppelectile ac
atque opibus in urbem induxit, celebratae nuptiae mense Septembri
Indictione 3. vixit cum viro annos quinque, tumque vivis excepta
est cum Constantinus illius socer ipse summus Imperator esset, solusque
rerum potiretur.

NB in hoc 8° est anachronismus (Mense decembri (eodem anno) validissimo perflante vento etc. - - - anni autem vertente circulo eodem ipso mense Romanum Imperatorem ejus filij aula ejecerunt.

anachronismus (Pag. 270). Caeterum Romanus Imperator longo senio, morboque confectus Imperij res rite ac accurate ex testamenti tabulis composuit, primumque Augustorum Constantinum in purpura natum decrevit, Anno 6453.-

De Constantino Porphyrogeneto

anachronismus (ex Pag. 271. Constantinus itaque Romani gener Summus Imperator relictus est Mensis decembris die 20. Indictione 3. anno 6454

Post dies quadraginta Januarij Mensis septimo supra vigesimum Constantinus Stephanum Imperatorem ejusque fratrem Constantinum suspectos habens - - - comprehendi eos jubet - - - aulaque ejectos atque in proximas Insulas deportati in Clericos sunt attonsi.

annus Xti 948. Quinta decima Junij Mensis Indictione 6 moritur Romanus Imperator

Pag. 289. ajunt namque in illius (Constantini Porphyr.) ortu stellam cometem splendidam ad dies 40. luxisse, nunque iterum sub mortis tempus vitaeque exitum stellam in coelo apparuisse turbido, atque obscuro jubare, inque dies multos conspicuam fuisse - - -

Pag. 292. vixit ab ortu suo (Constantinus Porph.) annos 55. menses duo, dies - - - mortuus est Mensis Novembris die 15. Indictione 3. anno à mundo condito 6469.

De Romano juniore

Pag. 293. Romanus Imperator à Patre suo Constantino Porphyrogeneto Imperij haeres (summa rerum ei concredita) relictus est annos natus circiter 21. (Basilio Porphyrogeneto tunc unius anni puero) una cum Matre Helena ac Theophanone Conjuge Mensis Novembris die 6

3tia Indictio- Indictione 6. anno à mundo condito 6469.

Cedrenus pag. 493

Theophylactus mense februario indictione II Patriarcha creatus. itidem mense Aprili Indictione 7. Turci facta impressione, omnia usque ad urbem populantur.

Pag. 494. Indictione prima cum rursus Turci impressionem in Romanos fecissent etc.

Ex Zonara.

Editionis Historiae Byzantinae: Tomus IX Libro XV.

Nro: XVI. Alexandro cum Imperium annum unum et mensem aedificatus esset defuncto, potestas ad Constantinum Leonis filium devoluta est admodum Puerum adhuc, septimum enim agebat annum.

Nro: XXII. Anno Imperij Constantini XII. Patriarcha Theo-
"phylactus decessit annis III et XX functus. nam Sacer-
"dotio contra morem majorum potitus, annorum fuit XVI.

Nro eodem: Anno autem Imperij XV. in olympi montem egressus est---- inde male affectus in regiam rediijt, nec multo post est defunctus, sive ex intemperie corporis, sive insidijs filij repetitis. vixit annos 54 menses duos, regnavit cum Patre Leone, Alexandro patruo, et Matre annos 13. cum Lacapeno Tyranno (Romano Seniore) 26, postremo solus 15.

Ex Leone Gramatico.

Corpus Historiae Bizanthinae VI. et VIII Tomo pag. 401. et 402.

Indictione secunda, Paschalium Protospatharium, et Longobardiae ducem ad Franciae Regem Hugonem filiam ejus Romano Constantini ejus Generis filio uxorem petitum Romanus Imperator misit, quam multis una cum opibus secum assumptam, praefatus Paschalius in Urbem adduxit, Septembri dein mense nuptiae celebratae sunt. Haec cum Viro annis quinque socialis vitae decursis mortua est.

Hell 4/24

No 25. Hell 4/25 79

Zonaras

Tomo III capite: Imperium Constantini filij Leonis recuperata potestate:

Anno Imperij Constantini XII Patriarcha Theophy-lactus decessit. Pontificatu annis III et XX functus, nam Sacerdotio contra morem majorum potitus annorum fuit XVI. | Chronologia 933 factus Patriarcha, et decessit 956. ei successit Polyeuctus eodem anno.

Eodem Capite

In fine: vixit annis 54. Menses duos, Regnavit cum Patre Leone, Alexandro Patruo, et Matre annos 13. cum Lacapeno Tyranno (Romano) 26. postremo Solus. 15.

Tomo III Capite: praecedente (Imperium Constantini filij Leonis

Alexandro, cum Imperium annum unum, et mensem ludificatus esset, defuncto, potestas ad Constantinum Leonis filium devoluta est admodum puerum adhuc, Septimum enim agebat annum.

Zonaras. folio 152 Tomo IX.

Constantinus cum primum recuperasset Imperium) filium quoque Romanum diademate ornavit. (